



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 90. Papa Borbonio Cardinali, & Lugdunensi Archiepiscopo libertatem  
prius concedi postulans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

§. XC.

Sæcul. XVI.

A.C. 1589.

Papa Borbonio Cardinali, & Lug-  
dunensi Archiepiscopo libertatem  
prius reddi postulans.

Sixtus V. Pisanio hæc in responsis da- *Thuan. l. 94.*  
bat: „Mirum sane est, quod Fran- *Davil. l. 10.*  
„ciæ Rex omnem sacræ Sedi submissio-  
„nem promittere dicatur, atque a suo  
„scelere absolvi petat, cum tamen eo-  
„dem tempore Cardinalem, atque Ar-  
„chiepiscopum, qui præter Ecclesiasti-  
„cos nulos alios Judices agnoscere  
„possunt, captivos detineat: ad nos  
„autem Rex recurrere debuisset, cum  
„nos hac de caufsa cognoscere, & illos,  
„si rei fuissent inventi, promeritis pœ-  
„nis castigare non defuissemus: nunc  
„vero Henricus, priusquam petitam  
„absolutionem sperare poterit, sinceræ  
„pœnitentiæ signa edat, hancque in  
„rem specialem deputet Legatum, qui  
„hanc veniam exoret: ut autem fese  
„illa dignum reddat, pœnitentiam ab  
„utriusque Præfulis liberatione inci-  
„piat. „His quoque addebat Ponti-  
„fex. „ Tu æque, ac Rex tuus non-  
„nisi mihi illudere intenditis, meque  
„perinde habetis, acsi adhucdum pau-  
„per essem Religiosus unice ad occu-  
„pandam cellulam utilis: vosmetipos  
„autem fallitis, nam sciatis velim, quod  
Uu 2 , vobis

**Sæcul. XVI** „vobis res sit cum Pontifice, qui etiam  
**A.C. 1589.** „extrema tentare paratus est, dum de  
 \_\_\_\_\_ „honore, atque Ecclesiæ bono agitur,  
 Ad hæc Pisanus Papam interrumpens  
 hæc subjecit: „Ergone, Beatissime Pa-  
 „ter, Regi meo haud integrum erit,  
 „Cardinalem juratum hostem suum in-  
 „terficer, cum Pius IV. privata su-  
 „auctoritate (\*) Caraffam Cardinalem  
 „amicum suum strangulari jussit? „ His  
 Pisani verbis Sixtus V. tantopere com-  
 movebatur, ut vultu ad indignationem,  
 iramque composito utrumque Francie  
 Ministrum discedere juberet.

### §. XCI.

*Papa in Patrum Senatu adversus Ri-  
 gis scelus perorans.*

*Thuan. l. c.  
 Lettr. de  
 Joyeuse au  
 Roy parmi  
 celles du  
 Card.  
 Offat t. I.  
 pag. 192.*

Altera post colloquium die summus  
 Pontifex habitu Purpuratorum Se-  
 natu vehementer querebatur, quod  
 Morosinus Cardinalis in Franciæ Re-  
 gno Legatus sacrilegæ Guisii Cardina-  
 lis neci sese non opposuerit, cum ta-  
 men sua opinione facile eam præpe-  
 dire potuisset: insuper Papa Cardina-  
 libus sigillatim enarrabat, quæ tan-  
 a fa-

(\*) Caraffa ob sua delicta instructis judici-  
 actis, jurisque via convictus, a judice Ec-  
 clesiastico simul, & profano condemnatus est.